



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Clementi VII. Pont. Max. Thomas De Vio Caietanus, Cardinalis Sancti Xisti
S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

CLEMENTI VII. PONT.
MAX. THOMAS DE VIO
Caietanus, Cardinalis Sancti
Xisti S.

Indulto corporis imbecillitati, Clemens VII. Pont. Maxime, post tot commentationum laborem, anni vnus otio: adieci animum vt humilibus iuxta Apostolicum præceptum consentiendo, opem minus doctis confessoribus ferrem. Aegrè ferunt siquidem nonnulli editas Summas: quòd dum externa innumera inimiscent, opiniones multiplicat, disputationes producunt, propria iuentur, alios oppugnant: vexatus tot doctoribus lector, confusus, perplexus, aut certè inanis relinquitur. Quocirca rogatus à multis, Summulam colligere decreui de peccatis, Alphabetico ordine, posthabitis non solum disputationibus ac opinionibus propriis & alienis, sed etiã doctoribus omnibus tacitis: vt nullus æmulatione aliqua à veritatis sequela retrahatur. Et quanuis hic, sicut & vbique, nullam mihi auctoritatem tribui velim, sed rationi vel auctoritati quæ affertur: (& propterea nihil absque apposita ratione, nisi fortè omnino manifestum aliàs esset, afferam, vt docti librare possint quæ dicuntur: minus autem capaces à doctoribus discendi occasionem habeant, & vel sic rationum vires percipiant) beatitudinis tamen tuæ iudicio, vt par est, omnia subiicio. Suscipe itaque humanissime Pater exiguum serui tui opusculum, vt qui vnica inter Christianos principes pacis & reformationis Ecclesiæ es spes, laborantibus quoque inter obscura peccatorum splendor censura sis. Felix Vale.

REPER